

iones! si audis famulos tuos jurare, pejorare, blasphemare, accede, increpa, & si verbera infligere oporteat, non recuses. (S. Chrys. hom. 1. ad pop.) Si vides domesticos in delictis & habitis esse impudentes, atque vitam vitio potius Ethnicam, quam Christianam, arripe flagellum correctionis, quo illos a via pervertitatis ad semitam salutis reduces. Neque dicas idipsum, quod quidam S. Chryostomo olim objecit: Famili mihi necessari sunt, non Monachi, expedite enim cum sancto Doctore hom. 21. ad Ephes. respondendo: *Ne esse necesse, ut sint Monachi, fac Christiani.* Nolo illos contritari & offendere! Eheu! quam paradoxa, & Divinis suppliciiis dignissima res est crudelis hæc misericordia! (loquor iterum cum Chrys. hom. de doct. & corr.) *Si fratres perturbare sinimus, ut parvo potius percontamur.* Atque ita simul ambo pereunt, & ille qui non corrigit, & ille qui non corrigitur.

7. In infelici pugna illa, qua Israelitæ Philistiis fuit, & fere ad intercessionem delicti sumus, non solum Rex Saul, sed & filius ejus Jonathan percussus interit. Quod occidatur Rex Saul, (1. Reg. 31.) mirum esse non debet; quia propter inobedientiam, qua Amalecitas funditus delere jussum est, justissime poenam mortis incurrit. Sed cur eadem morte involvatur Regius Princeps Jonathan, amicus Davidis, fidelis Dei famulus, pius, misericors, justus & innocens, plane non capio. Loquatur ergo mei in vicem Isidorus Peflota l. 1. ep. 137: Dicit Regem Saul initio bellorum cum futuris rerum eventus nosse desideraret, accessisse Pythonissam, eamque consultasse: erat hoc superstitiosum, & in Dei ignominiam vergens delictum, cujus Jonathan erat confcius, & cui forsitan præsens addidit: cum igitur tacuit, nec operam adhibuit, ut delinquentem patrem corrigeret, una cum illo in prælio vitam amisit. Verba Isidori sunt: *Quia patrem Pythonissam quærentem minime prohibuerat, ausus enim, qui scelus audierat, in ballo interire.* Oh bone Deus! si sic punitur filius, quam reverentia, & timor filialis videtur eximere ab obligatione paternæ correctionis, quid de parentibus fiet, qui filios in animæ damnationem ruere tentes vident? quid de superioribus fiet, qui animabus cura sua commissis transgressiones gravissimas, & vitia dissimulant? quid de Patribus-Familias fiet, qui famulos, & famulas in pudenda lascivie sceleræ effundi nonent, nec tamen verbum contra movent? Eheu sentio cum Origene l. 1. in Job. *Omnia qua designaverint filii (aut famuli aut subditi) de parentibus (aut Patribus-Familias, aut Superioribus) exquirentur, qui non corriguntur.*

8. Anteriori sæculo in aula Ludovici XIII. Galliarum Regis (Theatr. Trag. Hist. 36.) degebat Nobilissimus quidam Henricus d' Effiat, alius Nobilis Marechalus de Cinqmars, qui patre & bello ea patriæ obsequia præstitit, ut dignus habitus fuerit in intimam Regis amicitiam admitti. Sed quantum favores principum peccatissimum habens emulatiouem, malignis ac

iventibus oculis intuitus est potentiam Cardinalis Richelii, qui totius aule idolum etiam supra supremos dominatum tenebat. Hunc igitur ut supplantaret, atque vel ex aula velotissimo e vitis exterminaret, cum Hispani tunc temporis Gallias inimicis collatis, eamque conspirationem amico suo intimo Francisco Thuanus confidenter aperuit. Non est facile dictum, quam validis arctibus Thuanus vi eloquentissimus & perpicacissimus, animum amici oppugnarit, ut eum a periculo consilio retraheret, Regem esse implacabilem sui honoris zelatorem, Cardinalem esse astutissimum, in aula tot esse proditores quot famulos, quamlibet suspicionem habendam esse pro crimine læsæ Majestatis. Et vero hæc Thuanus consilia fuerat incitatus; paulo post enim re prodita Regi Henricus perduellionis reus habitus, & capitis damnatus est. Et quod maxime mirandum, etiam Thuanus in carcerem raptus, & carnicibus gladio decapitatus fuit. Quis? Thuanus? quinam non morit læpidem, ut amico meliora persuaderet? ita ille! qui criminis commisit, cujus delicti reus fuit, Reus fuit, quia tacuit, debuisset enim juxta Regis & Cardinalis opinionem, proditorum amici consilium statim initiare, & sine mora proderet. Obsequia mi Christiane, si tacuisse coram humano tribunali delictum fuit moris dignum, quanto magis coram tribunal! Divino, ubi agitur de læsione Majestatis supremi cæli terraque Domini? nonne putas, peccata omnia, quæ ex tacurnitate consequuntur, in tacentis caput redunturata? Ita omnino est! Expertus est infelix ille Caupo de quo Nicephorus l. 18. Hist. cap. 33. veniebant in ejus cauponam gentilium quidam, qui cum vino hebrarum expissent, & Catholicæ Religionis mysteria, ac ceremonias, præcipue vero intemperatam Divinæ Matris Virginitatem blasphemis ac sacrilegis illufionibus ac sarcinis traducebant. Auditi hæc omnia Caupo Catholicus & tacuit: quare? amore lucri, quia hospites, si eos corrigeret, abituros, nec redituros metuabat. Ergo calum punivit, qui in terris impune transit. Sequenti nocte Beatissima Cælorum Regina apparuit dormienti Cauponi, virgulam in manu tenens, ac interrogans: Nolle me? Ah! Domina, repositus fuit, quis non noverit creaturaturam omnium electissimam? si ita est, qui meum honorem heri contra sacrilegas impiorum garritiones non defendisti? obstupescere miser, & humillime rogare coepit, ut ob commissum crimen non aternum puniretur. Auditus est; nam Beatissima Virgo circa genua virga percussit, & ecce! ille a visione & somno ad se reverfus comperit, geminos sibi pedes a genibus abscissos esse, Deoque gratias referens pro temporali poena, quam meruisset aternam, rem omnem, e jusque causam publice professus est. Satis bene adhuc & feliciter res misero cessit! graviorem poenam subit infelix Beate Marie de Ognies Mater: (Jacobus de Viriac. in Vit. l. 3. cap. 11.) fuit illa

illa stans conditione Hospitissa, & de cætero mulier non irreligiosa: nihilominus a sancta filia visa est in infernali ergastulo ardere. Eheu! Domine Deus, exclamabat filia, cur mea mater aeternum perit? ideo repositus Dominus, quia inter domesticos multa injustitia, impudicitia, aliaque scelera dominari scivit, & dissimulavit, ac tacuit. Quæris fortasse, an ergo peccatum alienum tacendo incurro? An semper errantem proximum corrigere teneor? ne supervacaneam anxietatem suscitem, respondeo ad mentem Theologorum, multa requirit, ut privatus aliquis peccet moraliter, nempe privus, ut certo confiteri, proximum peccasse graviter. Secundo, ut adit spes emendationis. Tertio ut fieri possit sine gravi corrigentis periculo v. g. vitæ, famæ. Quarto denique, ut non metuantur secutura majora incommoda; si enim prudenter timetur, ne correctus corrigentem despiciat, aut ipsam correctionem luto autem signanter, sita requiri, ne privatus aliquis peccet mortaliter; nam de iis, qui ex cura animarum, ut ex officio ad correctionem fratrum obstruantur, nec jota eorum, quæ habentis dicta sunt, aut revocare volo, aut moderari.

9. Epistola. O Christiani dilectissimi! igitur quam clara vobis falas est, movem gerite Augustino monenti, ferm. 103. de Verb. Dom. *Ne negligitis sitis in corrigendis vestris, ad curam vestram pertinetibus, non modo & decido, & hortando, terendo.* Præcipue Superiores, Concionatores, Confessarii, Parentes, ac Patres Familias attendant, ne connivendo, dissimulando ac tacendo alieni peccati participes se faciant: exigit hoc a vobis Dei amor, qui per peccatum gravissimum offenditur: exigit hoc a vobis amor proximi; si enim in veteri lege præcepit Deus, (Deut. 22.) ut si quis viderit fratrem aut bovem intras fuit cecidisse in via, illum non prateriret, sed relevaret; quanto magis ea charitas exhibenda est immortalis animæ in aeternæ damnationis reatum prolapsæ? Oh quam solliciti, quam omni ex parte circumspiciti hæc in re fuerunt homines sancti, qui Divini Spiritus lumine illustrati vere agnoverunt, quam facile convivia & tacurnitate alieni peccati reatus contrahi possit. Pientissimus P. Thomas Turrocremata, (Loc. Mention. T. 3. conc. 76. n. 6.) qui Hispaniarum Regi erat a confessionibus, cum inaudit Regium mandatum, quo Judæi omnes e regno emigrare jubebantur, a quibusdam aule proceribus triginta millium aureorum manere corruptis retinendi, arrepta crucifixi imagine in conclave Regis irrupit, loquens: Judas proditor vendidit Christum pro triginta argenteis, vestra Majestas eundem vendit pro triginta millibus, quibus verbis effecit, ut Judæi, qui Hispaniarum Regnum decumans usuris & avaritia conturperant, absque commiseratione fuerint in exitum ejecti. S. Raymundus Pennafortius (In Vita) Jacobum Regem Arragoniæ, cujus Confes-

siones excipiebat, sæpe pudendi concubinaturs commouit, verum cum frustra erant monita omnia, ex aula dimitti petiit. Obstitit Rex, severeque interdixit, ne quisquam Raymundum in patriam navigaturum navigium subministraret: quid egit sanctus vir? pallio pro navigio utrum intra fœdus spatium per mare centum sexaginta miliarium iter feliciter confecit. S. Hieronymus in concionibus suis eo fervore in peccatores invehebat, ut si illi non a vice mortem committati sunt, verum generosior Hieronymus l. 3. ad Rufin. libere repositit: *Mori possunt, tætere non possunt.* Cardinalis Bellarminus (In Vita) a Nobili quodam invitatus, cum in cœnaculo impuras imagines circum circa penitus cerneret, non desit Divinum domus importune, oportune rogare & commone, ut scandalosæ picturas, & una cum his animarum pericula tollerent, quod & feliciter effecit. S. Joannes de Deo (In Vita) in lupanaria & infames domos frequenter irrupit, & profuturissimis tot pecuniarum perfolvit, quot illa venali pudore lucrari possident, ut ea ratione peccata, & Dei offensas praverteret. Taceo plura hujus rei exempla, & ad horum imitationem te, mi Christiane, extitissimus finaliter interrogo, amas Deum? amo! ergo necesse est, ut ad peccata, quæ sunt gravissima Dei optimi maximi injuria, & quæ cedunt in aeternam proximi perniciem, non taceas, sed clamet, vocifereris, & impediatur! Fiat! huc vires omnes collimare debent, ut destruantur & impediatur peccata! Maledictus, qui prohibet gladium suum a sanguine. (Jerem. 48.) & Eccl. 8cc.

In Fefto SS. Innocentium.

CONCEPTUS XLII.

De septimo Peccato alieno, videlicet Convivencia.

Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus. Matth. 2.

Sicut taciturnitate, ita & convivencia alieni peccati reatus incurritur.

1. Maledictus, qui prohibet gladium suum a sanguine! Hæc erant hieronimi sermonis verba ultima, & hodierni prima, qui volodiceret? Nolite putare, Christiani auditores, me loqui de truculentis carnicibus gladiis, quibus innocentissimi Martyres hodie occiduntur; multo minus, me approbare sanguinolentum facinus, quo impius Herodes contra infantulos lævit, non est ita! loquor de illo gladio, de quo S. Basilus l. 1. c. 1. supra verba recitata annotat: *asanguinis gladium prohibet, qui se ab infernali reprobi ulione coarctet.* Nimirum hebeterna die locuti sumus de sexto peccato alieno, quod committitur, *convivencia*, id est, quo Superiores, Parentes, & patresfamilias filiorum & subditorum delicti non corrigunt

piant verbis: hodie loquimur de septimo peccato alieno, quod committitur *conviventia*, id est, quo Superiores, Parentes, ac patres-familias filiorum, & subditorum delicta non castigant & reprimunt committis supplicis. Male dicitur, qui prohibet gladium suum a sanguine, ait Propheta! Contra Benedictus qui evaginat gladium suum, ut percussat, & percussio fanet; *non enim est acceptus Dio sacrificium, quam iurare peccatores*, prout hanc in rem dicitur Doctissimus Oleser, in Luc. 22. v. 38. Etiam *conviventia* in genere itatum vel virtus vel vitiium pro differentia circumstantiarum esse potest. Virtus est, cum peccata impiorum, quae emendari non possunt, patienter ac longanimiter, & ad imitationem ipsius misericordiae Divinae diffimulantur; ita in vitis fanaticorum legitur, quod persecutoribus, a quibus calumnias, militia, vulnera, ipsamque mortem receperunt, mira quadam humanitate omnino premiis ac congiariis blanditi sint, prout recens hinc exemplum in sancto Protomartyre Stephano vidimus pro persecutoribus suis, a quibus lapidabatur, Deum exorante. *Conviventia* autem vitium est, cum illi, qui auctoritatem, & jurisdictionem habentes a Deo constituti sunt, ut peccata & morum corruptelas in subditis coelegant, damnabili tamen indulgentia parcant, nec potestate sibi divinitus concessa utantur. Ita Iulius Sani a Deo obediens esse se fit Rex, quia contra praeceptum Domini impius, & mortis reus Amalecitas non delevit. Ita Rex Achab Divini furoris sententiam contra se provocavit, quia selesito Regi Benadab, quem praelio victum ob idololatrie nefas occidere debuisset, pepercit. Ita multi hodieum Divinam indignationem incurrant, quia crimina, quae extirpare debent, crudeli misericordia toleant. Singulare hoc artificium est mali demonis, quo Superiores dementat, ut impunita scelera tanto magis exerceant, & propagentur: verum cum vita aliquando ad ultimum mortis articulum deveniret, tunc ad oculum illis demonstrat, quantum criminum se hic conviventia ad aeternam suam perniciem participes effecerint, & ita demonstrabit, ut miseris illi, cum viderint peccata omnia, quae pro iustitia & equitate puniendo non recusant, coram Divino tribunali in suam cervicem recumbere, sero timis opturari sint, dicentes: Oh utinam morem gelissimae Ecclesiae monenti, ex 7. *Noli quare fieri Iudex, nisi valas virtute irumpere inquirere?*

2. *Proposio*. Agite discitiamus, quae quantae peccata, ex indiscretis eorum, qui praesunt, conviventia consequantur, & quae poena ac supplicia hanc ipsam conviventiam expectent. Volo Superiores, Parentes ac Patres-familias, quos hac materia singulariter concernit, praeteris attentos esse, discent forsitan, quod haec tenus capere aut non voluerunt, aut non poterunt, quae de causa homines sancti, Divini spiritus gratia vere illustrati, cum ad Praes-

turas & dignitates promovendi essent, terribi repugnarunt, aut fugerunt, aut cum fugere non amplius poterant, eisdem cum timore & tremore, immo cum animi luctu & lacrymis acceptarunt. Pavete.

§. I. *Id quod maxime in Superioribus, & parentibus ac Patribus-familias exemplificatur.*

3. *Confirmatio*. Innegabile est, naturam rationalem ex Dei Providentia ita comparatam esse, ut Principibus, Magistratibus, iudicibus, & aliis, quos Deus regendis populis, cum potestate praeficit, mira quadam & arcana vise ad compescenda scelera insit, ideo compertum habemus, quod, quantumcumque in tumultus & immodestia effusa plebs inolevit, superveniente, viloque viro gravi ac consulari subito ad decentiam sese componat. Cum Hispanus Dux Olfona Neapoli Vice-Regis dignitate vigeat, (*Prugg. c. 8. d. 16.*) inter muliebrem femur in urbe impudens vestium suum, seu ut consuevit, id est, impudenter loquar, inverecunda colli nuditas percubuit. Non desierat sacri Oratoris muneri suo, & facta consistorium conspiratione pro omne verbi Jesuani tempus in damnabilem hunc abutitur tanquam plurimum scelerum inventivum acurime inveniendi facti: verum irrito conato, risum potius quam fructum aut emendationem tulerunt. His auditis subsistere Vice-Rex, se uno pappi solisimae plus, quam omnes urbis concionatoris inconditis clamoribus effecturum, dein publicum mandatum exarari, illudque valvis sportarum atfigi huiusmodi esset, infamium meretricum numero acceptendam esse. Vix istud Proregis mandatum urbi & regno innotuit, mox flexus nequus relicta turpi assuetudine in vestibus & moribus ad modestiam sese reduxit. En tanta est vis & potentia Superiorum, ut uno verbulo plus, quam sacri Oratores integra concionum myriae efficiant. Oh si Magistralis, Iudices & Pratores essent vires suas cum sacris Oratoribus conjugere, quam cito subditorum scelera eliminari, & milleae animae salvari possent, alias aeternum interirent!

4. Verum quid sit? consulamus desuper sapientum sapientissimum! *Quia non profertur cito contra malos sententia, aliquo timore ullo sibi non minum perperant mala.* (Ecc. 8.) Hac verba ser Ecclesiastes de misericordia & longanimitate Dei admirandus enunciat, & valguiter dicit: unde prorenit, multos peccatores ad perpetranda scelera indies audacios fieri? provenit ex eo, quia Deus non cito punit: siquies quis blasphemaret, lingua ejus a vermibus laceraretur: si quies quis furaretur, manus ejus areferent: si quies quis fraudem committeret, mente privaretur: si quies quis fornicaretur, aut adulteraret, subito toto corpore lepra corripere, certe non tot blasphemii,

non

non tot furis, non tot fraudulentis, non tot impudicis invenirentur: verum quia Deus bonus, & longanimis est, filii hominum nequam sunt, dicentes intra se; *Peccavi & quid accidit mihi nisi, (Ecc. 5.)* id est, quamvis peccaminose, & scandalose vivam, tamen sanus sum, abundo divitiis, & ab omnibus in honore habeor. Perfina hac est argumentatio! verum sicut in Divinis, ita pro dolor etiam invalevit in humanis: quae causa, quod ante diluvium omnis caro corripitur vitam suam? *Conviventia Superiorum!* quae causa, quod gemine urbes Sodomae, & Gomorrae depluo caelitus igne combusta sint? *Conviventia Superiorum!* quae causa, quod hodie fraudes, usura, juramenta, blasphemias, & laesivas non jam inter vitia, sed inter mores reputantur? *Conviventia Superiorum!* *Quia non profertur cito contra malos sententia, aliquo timore ullo sibi non minum perperant mala:* quibus verbis consolator enunciat S. Bruno, de oram. Ecc. c. 4. *Uti iustitia non est, iniquitas dominatur, ibi calles de rapina, furta, homicidia, & sevaritas nulla.* Quae autem causa, quod dormientibus illis, qui praesunt, vitia increpant? Sicut lolium, quod non eradicitur, excelsitote totum agrum occupat: sicu carenum, quod non uritur, totum corpus intoxicat: sicut eris scabiola, quae non remouetur, totum gregem inficit: ita vitium, ait S. Gregorius Nazianzenus, oration. 2. *si non expuratur decetur.* Et eundem in sentum Petrus Blesensis, tract. de Infit. Ep. *Impunitas est contumacia mater, & radix peccati.* Non potest pax & tranquillitas utius regni, aut domus diu consistere, ubi in calligandis subditorum excessibus dormiunt, aut omnino cacutiunt Superiores.

5. Sara Abrahami uxor, cum vidit se sterilem, rogavit maritum, ut Agar ancillam, quae Israhel insecunditatis vitio non laboraret, ad suscipiendam prolem in uteroem fecundatam assumeret: parit Abraham! Agar. (*Gen. 16.*) quae antea ancilla ad stabulum, ad culinam, ad locum & colum deputabatur, jam equali ree dignitatis gradu cum domina in domo versatur: verum quia asperius nihil est humili quam surgit in altum, ubi jam experiebat, se concepta prole fecundam, superciliose dominam despiciere, illi sterilitatis notam exprobrare, debita alias obsequia denegare, eamque quotidianis jurgis ac molestiis infestare cepit. Divi spernit has vexationes patientissima femina, & inferas fore, ut Abraham vir suus malo remedium poneret. Verum cum sua se spe frustrari cerneret, accessit illum, non sine concepta indignatione inquit: *aliquo agit contra me!* in quo? in eo, ait S. Chrysolomus, ap. Cornel. Lap. (hic) quia Agar ancillam meam contra me inolefecerunt non castigas, *Iudex Domini inor. tu & tel* in quo? quia omnia peccata, quae ex tua diffimulatione ex parte mea propter impatientiam, & ex parte ancilla propter insolentiam consequuntur, coram Deo ad tuam culpam & poenam edundant. Hac invectiva

terribis Abraham dedit Satz uxori licentiam, pro libitu se contra ancillam vindicandi: & ecce! posteriora erant peiora prioribus! biliosa Domina ultionis studio miseram ancillam tam inclementer, tam auster, tam despotice tractabat, ut illa tandem una cum filio Linnaele e domo in exilium profugere coacta sit. Sic domus obsequio, famula labore orbata, sic Israhel Abraham in periculum mortis adducta, sic domestici scandalizati sunt, & nisi Anglus erorem corripisset, atque esulem Agar in domum rediret, plura adhuc, & innoxia mala exorta fuissent. En! quanta mala Abraham sua illa conviventia suscitavit! si initio statim insolentem ancilla superbiu compescuisset, si dein vindictivum uxoris rancorem tranquillisset, multa peccata non sine ingenti merito impediisset. Ita hodieum fieri amat, si Superiores subditorum inimicitias, iuribus, rixis, ac dissensionibus mature mederi laborarent, esset pax & tranquillitas in nostris familiis: verum quia tacent & diffimulant, hac mala & alia plura quotidie inolefentibus conflurgunt, & subditi in sua perveritate sunt adhaerentes. *Mulorum excessibus vitam aperit,* ait S. Chrysolomus, Epist. 33. *qui subditum adulationis oriturus, cito ipsius adulationem delinquunt.* De Ludovico XI. Galliarum Rege narratur, quod rogatus fuerit, ut homicida eisdem, qui caterogum artificiosus, & Republicae haud inutilis homo fuerat, vitae gratiam faceret. Fecit Rex! verum paulo post denuo fanaticos ille commisit alterum homicidium, sterum ad Regis mansuetudinem confugiens veniam rogavit. Consensit iterum Rex, sed & tertio in idem crimen recidit seditiosus sanguifuga, tum enimvero Rex furem, fremere, & per sua coronae auctoritatem jurare cepit, non esse veniae locum, moriendum esse ingratisimo Sycophantae! accessit autem aule Morio supplicans Regi pro infelici misero. Quid, uti intercedere pro homine nequam triplicis homicidii reo? Ah! Domine mi Rex, aiebat Morio, non est reus triplicis, sed unus solum homicidii. Mentiris, jam bis vitae gratiam contuli. Bene est, si subinterbat supplicans, ergo melioris solum modo primum, sua Majestas vero alterum & tertium commisit homicidium; quia si reum pro primo flagitio capite plexisset, duo ultime caedes nunquam fuissent perpetratae. Optime pronunciatum! agnovit Rex ex Morioe suam culpam, simulque agnovit veritatem esse eisdem Ambrosii dicentis, serm. 8. in Plat. 118. *Facilitas venit incensurum tribus delinquenti.*

6. Sed nunquid, inquit, benignitas & mansuetudo sunt eximia virtutes, & Deus ipse ex aeterna sua promerit ed ad parcendum quam ad puniendum? Non inepte loqueris! & ego haud difficulter in tuam concedo sententiam, sed cum discrimine! quamvis rubeus corporis viderem esse, unctioibus & emplastris lacerideret: at cum in virulentum ulcus degeneraret, & in vicina membra serpere coepisset, cauterio fecan-

secundum est. Eundem in morem, quamdiu peccatum non alteri quam peccanti nocet, benignitate, ac mansuetudine corrigi potest: at cum in alios etiam scandalose propagari coepit, severitate ac rigore opprimi & extirpari debet. Nunquam absque singulari admiratione perlegi, quod in actis Apostolorum exaratum! Tempore nascentis Ecclesie, quo fideles rerum dividuntur pretia ad pedes Apostolorum afferre solebant, venerunt inter alios Ananias & Saphira, (Act. 5.) qui bona sua afferentes ex pretio agri venditi sibi clam partem reservabant. Huic fraudi indignatus Apostolorum Princeps interrogabat, cur mentiti essent Spiritui sancto? Et ecce! mox ambo conjuges, ceu fulmine tacti in terram exanimis conciderunt. Terribili profecto poena, & ut videri posset, Heli delicto neutiquam proportionata! quid enim mali fecerunt? Si de pretio quiddam reservavit, sua reservavit? Cur ergo adeo graviter puniuntur? Iustissime puniuntur, subinfert hic S. Hieronymus, in act. Apost. (hic) *Com enim Apostoli tunc semetmet Evangelii facere coepissent, etiam Zizaniam sativam avulsissent, quasi diceret semen Evangelii purum & immaculatum in agro Ecclesie nascabatur, cum ergo Ananias & Saphira pravo fide exemplo alios Christi fideles scandalizare, & ad ejusmodiavaritiam, ac fraudes pariformiter pertrahere possent, merito repentina morte puniti sunt. Quamdiu peccatum adhuc particulare est, & spes assulget futuræ emendationis, dissimulari potest; at si publicum fiat, & in depravationem aliorum cedit, imputatum esse non potest. Justitia aequa virtus est ac misericordia, & Deo plerumque gratius offertur sacrificium puniendo, quam pariendo. S. Ludovico Galliarum Regi, cum Divinum recitabat officium, presentatus est quidam homicida, a Rege veniam & vitæ gratiam rogans. Assensit Rex & misero delicti veniam, ac libertatem addidit: verum ecce! peracto hoc, ut putabat indigni facinore, aperiens scripturam, incidit in illum versiculum, (Ps. 105.) *Beati, qui custodiam iudicium, & faciunt iustitiam omni tempore.* Mox revocavit concessam homicidæ gratiam, præcepitque illum juxta juris & iustitiæ rigorem puniri; hæc verba notata dignissima subscribens: Princeps, qui potest plebere crimen & non plectit, coram Deo reus est, ac si ipse crimen perpetrasset. Verissime dictum!*

§. II.

7. Quod de Superioribus loquor, ad ipsum & multo magis parentibus, & Patribus - familias inculcatum volo, qui si filiorum ac famulorum scelera, ac peccandi libertatem pro muneris sui obligatione non compescunt, coram Divino tribunali rationem tam exactam reddere debeant, ac si peccata illa ipsimet commissent. Terrori & exemplo adduco Sacerdotem Heli! a Domino Deo in summum Sacerdotem, & po-

puli iudicem assumptus, utique obstrictus erat, ut subditorum, & præcipuis domesticorum iniquitatem compesceret: verum ecce! ob nimiam in filios pessime agentes, conventivament adeo displicuit Deo, ut misso Propheta iussit illi exprobrari ingravitatem, & terribilem annuntiarî sententiam: Ego exaltavi domum tuam eminentissima summi Sacerdotii dignitate: ego ex omnibus tribus Israel elegi te, ut ascenderes altare, & adoleres mihi incensum; ego dedi domum patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel: *Nunc autem dicit Dominus; ab his hæc a me! impotenter avertam faciem meam a domo tua, auferam Pontificatus dignitatem a te, & a domo tua in sempiternum, videbis amulum tuum in templo, pars magna domus tuæ morietur, cum ad virilem ætatem venerit, & scelerati filii tui Ophni & Phinees, quibus nimium convivendo indulisti, ambo in una die morientur!* Oh Domine Deus miser infelicis Heli! placabit iracundiam tuam muneribus & sacrificiis! Juro per sceptrum Divinitatis mee, hæc poenæ omnes non exiabiuntur quibuscunque victimis, & muneribus in sempiternum! *In die illa suscitabo adversum Heli omnia, quæ locutus sum super domum eius, iniquitatem & scelus.* (1. Reg. 2.) O Bone Deus! quomodo ergo peccatum commisit Heli, quo poenam adeo irremissibilem commisit? commisit non aliud peccatum, quam nimiam in filios indulgentiam; quamvis enim filios corripuerit, inquit: *Quare facitis, quas ego audio, res pessimas?* Tamen hæc correptio enormitati criminum non erat proportionata. Scivit ex relatione populi, quod illi horrendo sacrilegio furerentur carnes Deo immolandas! scivit, quod id facerent cum scandalo publico, & propterea populus a sacrificio averteretur! scivit fieri abominations publicas, sacrilegas rerum Divinarum rapinas, & mulierum intra sacra violationes; & sufficit pro tantis scelerebus opposuisse unicuique illud: *Quare facitis res pessimas?* Non fuit hæc convenientis correptio, non poterat exinde sperari emendatio, fuit clementia crudelis, & conventivament digna caelestibus suppliciis! fultæ huic conventivæ Heli attribuitur non solum domus ejus perpetua ignominia & interitus, sed & mors ejus & filiorum, & victoria Philistæorum, arca captura, & triginta millium hominum strages: *Heli propter duos filios, quos non digna castigatione corripuit, cum eis simul, & cum tota hominum multitudine periit, verba sunt Cardinalis Damiani. Epist. 6. O quot ejusmodi Heli hodieum inveniantur in populo Christiano, sciant liberos suos non sine totius communitatis scandalo in lascivias, in adulteria, aliaque scelera effundis, & mater tacite gaudet, filiam esse flocculam; qui multos scababos attrahat, pater autem tacet, aut vitæ semi-ferio ore dicit: Quare facitis res pessimas? sic peracta est omnis correctio, & filii, qui adeo nullam habent poenam, quo metuunt, ut potius pro delictis blanditiis experiantur, quotidie ad pejora profiliunt;*

quid

De septimo peccato alieno:

quid mirum deinde, quod iusto Dei iudicio in mundo & Ecclesia immaturæ Principum mortes, bella, pestilentie, hereticorum victorie, strages fidelium, templorum & Sacramentorum profanationes, & familiarum ruinæ consequantur. Heli ad mentem D. Greg. Past. c. 6. una cum filiis æternaliter periit, ejusmodi parentes una cum liberis æternaliter peribunt.

8. Necdum malorum finis! Non solum parentes filiorum, sed & Patres-familias domesticorum, quorum peccandi licentiam non coercent, criminibus & poenis contrahunt. In libro Ex. c. 21. legem tulit Dominus, ut si bos alicujus cornu- perat fuerit ab heri & nudus tertius, & moerit- us desuper Dominus bovem non conculserit, si- que indomitus animal hominum quemquam occiderit, & bos & Dominus ejus lapidibus ob- tuatur. Mirabilis profecto lex! quod eserum bo- vem præcipiat Dominus lapidari, capio, quia est animal nocivum! sed quare Dominum eod- em mortis genere puniri necesse est? quia præ- mortis de animalis feritate damnus non pro- verberit? S. Cyprianus hæc scripturam allegorice exponens per bovem intelligit statum famulorum, atque: siquis illorum absque scitu Domini im- pius sit, & grave damnus proximo, Deo, aut sibi inferat, excusabitur Dominus; quod si vero ille refecerit scandala, & damna, quæ fecit fa- mulas, reus & participes erit omnium delictorum famuli, atque una eum illo tanquam transgressor- is pessimus ad poenam trahetur. Quæ jam vobis mens, Christiani Patres-familias, dum ista auditis? nonne perbene scitis, qua in omnibus re- stris sunt? nonne ego, etiam nemo alius, frequens monitor fui? nonne tota vicinia scandalum ca- pit? Et vos ad impudentes jocos & nugas, quas oculis & auribus percipitis, ad suspecta conventicula, ad nocturna confortia, ad fami- liaritates pessimas, quas moerit ignorare non potestis, obmutescitis, & Dei offensas dissi- mulatis? Eheu! petuli boves vestri peribunt, & vos una secum in perniciem trahent. An forsitan insultam illam erambrem requosidicendo: No- lo offendere famulam aut famulam, abibunt & servitio, sunt mihi valde utiles! Te miserum! hæc excusatione crimen non excusas, sed auge! quidam Nobilis Romanus concitavit populum adversus Paulum, (Act. 16.) eo quod ancillam suam liberaverat a demonio, quæ tamen antea per artem diabolicam magnum sibi quæstum præ- stabat. Id quod considerans S. Chrysolomus in act. Ap. hic, exclamat: *Ob paganorum inhumani- tatem! ut pecuniam augeant, pullam a demonio exarari velint.* Muto ego unicum verbum! Oh Christianorum inhumanitatem! qui omni exuto Divini honoris & animarum salutis Zelo de do- mibus suis faciunt domicilium potius diabolo- rum, quam hominum! damnoso famulus fit utilis, damnoso famula fit laboriosa, de cate- ro parum curant, an Deo vel demoni serviant, ac salventur, aut pereant, atque suavitiam ani- mas in infernum trahant.

9. Epilegus. Oh Dilectissimi Christiani! in-

duite zelum honoris Divini, & quoniam Deus vobis alios gubernandi potestatem concessit, fugite peccata, quæ convivia contraharunt! Propheta Samuel, (2. Reg. 15.) cum scelerato- rum & a Deo maledicto Regi Agag Saulem pe- percisse conspexit, arrepto gladio illum truci- davit. Phinees Sacerdos, (Num. 25.) cum Israëitarum nonneminem cum femina impu- dente conversari vidit, ambos non sine Dei benedictio, ac remuneratione lætica confixit. Josue post expugnationem urbis Jericho (Josue 7.) sceleratum Acham, qui contra præceptum Domini furtive quadam ex spoliis subtraxerat, sine misericordia lapidari jussit. Rex David, (2. Reg. 1.) uti mansuetissimus, militem Amalecitanum, qui desperandum Saul ferale mortis ministerium præstitit, trucidari præcepit. Christus ipse, (Matth. 2.) cum in templo, domo Patris sui mandans & mercaturas celebrari vidit, factu est faniculis flagello ementes & vendentes eiecit. Tu igitur, mi Christiane, cum occasio te offert in subiti- tum, in filiis, in liberis impediendi aliquod peccatum, absque ullo respectu humano, abs- que lucrî aut damni intuitu zelare honorem Divinum! si vidēs peccantem, corripe, si au- dis blasphemantem, alapa os illum comprime, & ego dicam tibi, quod illos Moyles tribui Levi, ejus auxilio idololatras aurei vituli ad- doratores gladio interfecit, *Consecrasti manus vestras hostie Domini, unumquisque in filio & fratre suo, ut dicitur vobis benedictio.* (Exod. 32.) Quærit, qualem benedictionem sperare habeas? dico, temporalem & æternam, videlicet illam, qua excludit ii, qui hæc ex parte muneris sui non satisfaciunt. *Fili mi, ait Spiritus sanctus per sacrum Proverbialem, (Prov. 6.) si sponde- deris pro amico tuo, deficietis apud extraneum manum tuam: illaqueant es verbis tuis vitæ; fac ergo quod dico tibi, & libera te ipsum.* S. Gregorius in Past. l. 3. c. 5. & Thom. Angelicus ad Heb. 13. lect. 3. applicat hæc verba istis, qui aliis præstant, & ajunt, quod illi sint, qui manum & linguam in bonum subditorum deserunt: *Manum per exemplum bonorum operum, lin- guam per exemplum correctionis.* Sed qui de- serunt illas? Christo Salvatore! cur ergo di- citur *extraneus*? cur Christus, ejus membra mystice sumus, pro extraneo reputatur? Ex- plico q̄a simili! trado aliquid notabilem sum- mam mutuo, vel spondeo seu spondebo pro summa notabili: cum blando ille me respicit vultu! est totus erga me benevolus, sumus a- micus intimi! verum veniat hora satisfaciendis, proh quanta mutatio! si morosus ille sit in præ- stando solutione, in jus eum voco, in carce- rem mitto, & bona illius subfastari facio. Sic & faciet Christus, *amicus est in sponse* ait Angelicus, verum in exigenda ratione *eris extraneus.* Cum te, mi Christiane, in hac digni- tate, in hoc officio, in hac præminentia consti- tuit, vultum benignum tibi exhibuit, veram illi die, qua disquiret, quomodo subditos, filios,

fama-

familios, alioque ceteris & gubernaris, instar extranei, absque omni amicitia & humanitatis sentia tecum ager: tu fidem tuam oppignerasti, fideiorem in corrigendis aliorum delictis egisti, vide ut debitum solvas, ne veridicetur in te, quod iura statuant. (C. Joicmatis, dist. 86.) *Facientis culpam præcui dubia habet, qui quod potest corrigere negligit commendare.* &c. &c.

In Festo S. Sylvestri Papæ.

CONCEPTUS XLIII.

De octavo Peccato alieno, quod committitur Participatione.

Si sciret Pater-Familias, qua hora fur veniret, vigilaret utique & non fineret perfodi domum suam. Luc. 12.

Sicut S. Sylvester miserum Constantini particeps factus est, ita per participationem quis reus fit peccati alieni, quorum reatus variis modis contrahitur. C. de Deo graviter puniuntur.

1. Siquis unquam Pontificum sedis, cui sancta Romana Ecclesia suam gloriam & exaltationem maxime debet, in certe præ cæteris Sylvester, cujus hodie Festum colimus, fuit. Eo tempore, quo sanctus Pontifex in spelunca montis Soractæ metæ persecutionum delituit, Constantinus Magnus Imperator una cum filia Constantia deformi lepra affligebatur. Constantia facile invidio malo remedium, quippe hortatu & intercessione S. Agnetis ad salvandam fidem conversâ, sacro Baptismatis laticæ omnem tantæ anime, quam corporis immunditatem absterxit. Constantinus vero in idolorum cultu obstitit, iudicium gentilium sacrificiorum crudelis remedium insuperare decrevit, nempe balneum ex tepido infansum sanguine confectum, quorum novus Herodes jam tria milia morti destinaverat. Eugebat miser Matres, & urbis compita ejus latu complebant. Sed ecce! ultima nocte, qua crudelum carnificem præcefferat, apparuit Constantino Ss. Apostoli Petrus & Paulus, quumque hortati sunt, ut mutato consilio solubilis remedium a S. Pontifice Sylvestro edoceretur. Oblitus Imperator insolitam visionem, cui neminem gehorus accessit, Dei famulam, a quo deo Sacramentali Baptismatis lavacro lotus, & molestissima lepra sortidit mundatus fuit (S. Aug. contra Iulianum, Epist. c. 26.) Hoc Miraculo Monarcha commotus deo idololatram abominari, delubra gentium demoliri, & Ecclesiam Divinæ edificare cepit, easque per omnem orbem tanto in numero extruxit, ut eversis gentilium erroribus sancta Christi Religio toto mundo propagata, & innumerabilis animarum multitudo ex infidelitatis tenebris ad salvificæ fidei lucem conversâ sit. Quorum omnium bonorum, quo Constantinus operatus est, & qua in Ecclesiis noviter extructis facta sunt, & hodiecum fuit, Magnus Pontifex Sylvester, tam quoad meritum, quam quoad præmium participans fuit. Quomodo namque igitur in Ecclesia da-

tur participatio bonorum operum, ad qua quis cooperatur, in Symbolo fidei dicit solita, *Communio Sanctorum*: ita & in Synagoga Sathanæ (Apoc. 1.) id est, in congregatione hominum iniquorum, prout exponit Berchorius in reper. V. Synagoga. invenitur communicatio malorum operum, qua exprimitur per octavam peccatum alienum, videlicet Participationem. Quomodo committitur hoc peccatum? Diversimode in diversis materiis: Per participationem alieni peccati complex fit, qui vindictivam armis subministrat: qui prociis turpiter amantibus literas & manna fert: & refert; qui alterum vexationibus & molestiis ad juramenta & blasphemias provocat; qui impuras imagines pingit, aut pictas oculis exponit; qui hæreticis diebus eturialibus ab Ecclesia præcipis carnes comedendas apponit; qui eorumdem libros legit, aut legendos aliis commodat; & quæ sunt similia.

2. Participatio. Verum, ut ut hæc verissima sint, videtur tamen Ecclesia per peccatum Participationis maxime intelligere peccatum contra iustitiam, id quod explicans Venerabilis P. Genuinus, de pec. alien. §. 10. ait illud committi, quando in partem lucri cum furibus sine ratoribus contrahitur. dehinc clarus Cardinalis Hugo in illa verba Psalmistæ. Ss. videtur furum, curabam cum eo. (Ps. 49.) hanc participationem describit, inquis, illam fieri triplici modo, per auxiliium, per receptionem, per participationem. Videmus qua porro nobis in hac materia observanda sint. Attendite! Favete!

3. Consummatio. Furtum infame, & lumine naturæ abominabile malum est, ita, ut nemo hominum sit, qui non ejusvisaliterius vitii; quam furti notam sibi impingit malit. Patriarcha Jacobus (Gen. 31.) ubi e domo saceris sui infulsura toto hospite recessit, jamque haud exiguum itinere spatium confectum, repente retrospectis vidit a tergo Labanum foecum inrum vellet, & vociderantem. Quærens quid rerum vellet, audivit e furtivo comissis furis infimulari. Consummatio est Deus mo? obtupuit primo Jacob, dein indignatus se furem nuncupari, repositus æternam quod me concernit, ego innocens sum, verum tamen discutiamus regulas foecorum, apud quemcumque Deos tuos invenieris, ille morte sine mora, & commiseratione morietur. Pena revera gravis, & delicto vix commensurata, idola Labani erant forte lignea aut lutæ, cur ergo Jacob tam levi futo peccatum mortis decrevit? nempe dubium resolvit Lippomanus, inquis, in Gen. (hic) furtum vitium esse tam execrabile, tamque infamæ, ut maluerit lethali supplicio affici quam furti libet commaculari. Quis cur filius prodigus, postquam decedat, hæc portionem substantiam ad inelias redactis, quæ fame & siti extreme afflictus non rapitalentia fuit, maluit ergo famo perire, quam furti vitio conspurcari. En! tam turpe hoc scelus est, & tamen hodie mundas plenus est furibus, ita ut repetere liceat falsam illud Cadofodri, hæc

Furtum

Fures curus, & civitas plena latronibus. Quartis, quinam sint isti fures & latrones.

4. In primis Propheta Isaias (abst enim a me, ut tam audacter & pene dixerim tam irreverenter loquar) Propheta inquit Isaias in furum catalogo recenset mundi Principes & Magnates, Principes tui - scilicet furum, (Isa. 1.) in quantum nimirum abulicorum & procerum suggestionibus decepti ac dementati, subditos inconditis exactionibus emungunt. Sunt omnes (ait Cardinalis Hugo in Levitic. 11.) qui se Reges, & Prælates æstimant, cum revera non sint, nisi pyæta, & latrones. Hinc legitur de Alexandro Magno, quod aliquando pyratam interrogavit, quare mare turbaret, & navigia devastaret, hincque respondisse: ego qua exigua scapha mare pervergor, latronibus morte dignis annuementis, terraque devastas, diceres Imperator, succindec hæc efficaciter dictum! ulterius socii furum sunt superiores, prætores, officiales, qui subditorum furta non nisi multa pecuniaria plequant: qui commissis in contractibus injustitias & dolos, aliæque scelera facile dissimulant, ut sibi pars lucri obveniat: qui mercium & firmentum pretia pro libitu augeri & inopreviadas ac pupillos opprimi permittunt: qui Judæos Christianorum languiditas tolerant, aut cum damno Reipublicæ in civitates & pagos introducunt: qui iustitiam venalem habent, & pro muneribus, pro uno aureo, pro vitulo, pro vitro vini innocentem opprimant. De his omnibus enunciat Cornelius, in Prosa c. 29. Scilicet & sceleris cooptantur, ac prinde ipsi falsis committunt, & sceleris sunt. Cæcisissimus Joseph solitus fratribus suis vasa somnia enarrare tantum eorum contraxit odium, ut licet mortem evaserit, tamen consilio Jude Immaletis in captivitate venditus fuerit. (Gen. 37.) Id ubi factum est, absiit Ruben, qui pollimino reverfus, & fer seniem edocuit lugere, vestes scindere, & lamentabiliter facturam fratriculi deplorare cepit. Quis cæteri fratres? ostenderunt ei numerum, & ecce! Ruben subito tacuit, nec amplius vendito fratri indoluit. Bella negotiatio, ait hic Philo Hebræus l. de Josephi partituntur, lucrum, & ita Ruben, qui antea teneris videratur conscientia, tacet ac contentus acquiescit. Sic hodiecum fieri amat: deprehendunt dives in furtis suis, an ideo in furcam agatur, aut intamiam patitur? Nihil minus! qui crimine ejus norat, & pro officio punire debeant, clamant quidem tantisper ac vociferantur: debet fieri iustitia, debemus satisfacere conscientie! dum autem dicitur: Domine mi, ecce tot aureos, tot vasa vini pro tua portione! Bella negotiatio, subito mutatur stylus, qui antea dignus erat patibulo, nunc exculatur: Res clamore jugulatur porcus, unus habet pedes, alter aures, hic caput, ille illa, & socii furum manent viri honesti.

5. Iterum loci furum sunt divites, quiquant sunt locupletiores, tanto magis infatuabiles, marulpsis pauperum, velut furi aut scababiles florum succo inhiant. Cum Principes Synagoga inanderunt Christum, restituerunt eum corrumperere cautes sepulchri, itaque vocatis promiserunt pecunias ea lege, ut in vulgus pargerent, Discipulos Christi venisse nocte, & corpus ejus furatos fuisse; ridet Chrysothomus hom. 19. inane coasum, atque neminem fore ex plebe, qui crederet Discipulos Domini fures fuisse: quare? quia fuerant homines pauperes, & idiotes. An ergo periculum non est, pauperes & idiotas esse fures? non sit, quia qui aliena clepere & suspendi non vult, dives & altus sit oportet, ideo inter divites fures nihil est frequentius: peccentiores eorum literas confumit, libros ratiostomum, & annuos redditus, interrogenus, qua via, quibus mediis tam pretiosam supellestem, auri & argenti copiam, equos, rhedas, velles, & vina delicatissima sibi comparant: si veritate rellect fateri, dicere deberent, hæc furis parts fuisse. Car ergo non in furcam aguntur? quia norat cautela ac industrialia sua, imo muneribus & potentia remita peragere, ut que faciunt in tenebris, in lucem non proveniant, aut si in lucem proveniant, scient spolia sua cum iudicibus ita pariri, ut immunes ac illasi evadant. Sic quotidie audaciores in malo pergunt emungere pauperes, ita ut venditur illud, (Ecclesi. 13.) Falsos divitum sunt pauperes, hic tangam ex suo fundo hauriunt victum, amicum & omnia, non solvant salarium, terret verberibus, & verberibus, atque inpen creditorem, quibus pecunias, aut meretionias mendaciter elicerunt, tanquam innotam exactionem vi repellunt. Deum immortalem Patriarcha Abraham saltem lenius verbis blanditus est epuloni, dicendo, (Luc. 16.) Fili mi, recepisti bona in terra tua. Qua fronte igitur dives nonnemo epulo favere audeat contra illum, qui forsam majorem erro in calis habiturus est gloriam?

6. Socii furum sunt mercatores & opifices de quibus Ezechiel, c. 28. reproba fuit interiora tua indignare. Sic interiora domus, id est tabernas, & officinas eorum perstruxerunt, eoque interrogarem sicut olim Iliaco falsum suum: Quomodo tam cito inveniuntur penitenti? Qua ratione intra breve temporis spatium dives factus es, cum vicium tuus, qui eisdem est tecum opifici, vix alere possit familiam? non potu, quod falsam conscientiam replicare possent responsum illam Jacobi: Voluntas Dei facte, ut cito occideret michi, sed potius responderet deberet? voluntas diaboli fuit; quia hæc & illa acquirit, augendo pretia rerum ultra dimidium, corumpendo merces, faciendo fraudes & mendacia. Preterea loci furum sunt; qui ex pecuniis in censum elocatis usurarium lucrum supra laborant recipiunt. Socii furum sunt, qui ad operæ falsitatem & mercenaria conducti media die otiantur, &

non

non sine damno domini opus languidissime faciunt. Socii furum sunt famuli & ancillae, qui laborem suum salario arbitrantes de utilitibus domus, de esculentis & poculentis, quae servando servari solent, quotidianis furtis quidquam surripunt. Socii furum sunt, qui furibus hospitium praestant, ad furta consilium suggerunt, vigillas agunt, scalas applicant, aut res furtivas emunt. Tobias in probationem suae virtutis erat eguus, cum ergo altitudinē balantum hādulum audiret, quem uxoribus persequi, quia fur expoliat eum, a quo nullum recipit beneficium, iniquus debitor autem furatur illi, qui laboravit & sudavit pro illo; hinc etiam Deus prosequitur, sed ex toto corde odisse divitem mēdaxem. (Ecd. 29.) In quo autem dives mendax est? in eo, quod milles promittat solutionem, & milles decipiat, prorogat terminum de anno in annum, & denique impotentiam praetextat: Non possum, non possum! Verum falso & mendaciter, ait Augustinus: *Perest in eis quae vult eis in illis, quae non vult, non potest.* Dum agitur de conviviis & crapula, potest, ut solvat legata, non potest: dum agitur de equis, de canibus, de venationibus, potest, dum de dando famulis balneo, & operariis mercede, non potest! O utinam viveret Franciscus de Paula, ne ille in multis adibus innovaret prodigium, quod eam Alphonsi Rege Neapolitano edidit: imposuit Rex subditis exactionem gravissimam, Franciscus intrepidus animo tollens unum ex nummis ab exactoribus allatum, illum in conspectu Regis confregit, & ecce! copiosus sanguis e nummo effluxit, sanguis nimirum, quem Rex ex venis labditorum truculenter exfaxit. (In vita S. Franc. de Paula, April.) Deus meus!

8. Oh mi Christiane, an putas te sanguinolento ejusmodi lucro felicem fore? Illeris toto caelo fallere te velle, revolve Sacras Paginae a capite ad calcem, enumeras omnes familiaris tibi memoratas, et inique accititatis, renuncia mihi, cui illarum furtiva profuerint? Non invenies unam. E contra videbis, omnes fures, & socios furum, & filios, & filios filiorum ac nepotes ad tertiam & quartam generationem ac nihilum redactos dispersisse. Achan furti scelere contaminatus a lepra obtulerat Eliaz: quid evenit? lepra Naaman adhaesit Giezi: quid evenit? lepra Nampiterum. Rex Saul iustus a Domino (1. Reg. 15.) Amalecitas, & universa illorum bona ferro & Hamma vastata, reservavit sibi optima gregem, & alia ex spoliis: quid evenit? ipse, & tota eius progenies perdidit regnum & coronam, atque Saul desperanda morte sibi ipsi violentas manus iniecit. Rex Achab manifesta iniustitia vi-

sticia Deum adeo in furorem egit, ut audens gemitus & lacrymas oppressorem, praeter plagas enumeratas Hebrais facultatem dederit, occulta compensatione utendi, & omnia Aegyptiorum vasa aurea & argentea secum asportandi; (Sap. 10.) *Reddidit iustus mercedem laborum suorum:* Denique coram Domino Deo furti furti, contra dolores debitorum, qui falsis promissionibus ab alienum & maripus pauperum eblanduntur, & nihil minus quam solutionem cogitant. Ejusmodi deceptores sunt furibus peiores, quia fur expoliat eum, a quo nullum recipit beneficium, iniquus debitor autem furatur illi, qui laboravit & sudavit pro illo; hinc etiam Deus prosequitur, sed ex toto corde odisse divitem mēdaxem. (Ecd. 29.) In quo autem dives mendax est? in eo, quod milles promittat solutionem, & milles decipiat, prorogat terminum de anno in annum, & denique impotentiam praetextat: Non possum, non possum! Verum falso & mendaciter, ait Augustinus: *Perest in eis quae vult eis in illis, quae non vult, non potest.* Dum agitur de conviviis & crapula, potest, ut solvat legata, non potest: dum agitur de equis, de canibus, de venationibus, potest, dum de dando famulis balneo, & operariis mercede, non potest! O utinam viveret Franciscus de Paula, ne ille in multis adibus innovaret prodigium, quod eam Alphonsi Rege Neapolitano edidit: imposuit Rex subditis exactionem gravissimam, Franciscus intrepidus animo tollens unum ex nummis ab exactoribus allatum, illum in conspectu Regis confregit, & ecce! copiosus sanguis e nummo effluxit, sanguis nimirum, quem Rex ex venis labditorum truculenter exfaxit. (In vita S. Franc. de Paula, April.) Deus meus!

8. Oh mi Christiane, an putas te sanguinolento ejusmodi lucro felicem fore? Illeris toto caelo fallere te velle, revolve Sacras Paginae a capite ad calcem, enumeras omnes familiaris tibi memoratas, et inique accititatis, renuncia mihi, cui illarum furtiva profuerint? Non invenies unam. E contra videbis, omnes fures, & socios furum, & filios, & filios filiorum ac nepotes ad tertiam & quartam generationem ac nihilum redactos dispersisse. Achan furti scelere contaminatus a lepra obtulerat Eliaz: quid evenit? lepra Naaman adhaesit Giezi: quid evenit? lepra Nampiterum. Rex Saul iustus a Domino (1. Reg. 15.) Amalecitas, & universa illorum bona ferro & Hamma vastata, reservavit sibi optima gregem, & alia ex spoliis: quid evenit? ipse, & tota eius progenies perdidit regnum & coronam, atque Saul desperanda morte sibi ipsi violentas manus iniecit. Rex Achab manifesta iniustitia vi-

nam fratem hereditatem patrum suorum fuisse: (3. Reg. 21.) quid evenit? ipse, & uxor illius, & universa domus, prout Propheta Eliaz illis praedixerat, morte violenta rerierunt, ita, ut de septuaginta filiis, quos reliquit, ne una quidem anima maneret superstitis, Ananias & Saphira (Act. 5.) ergo dividendo partem pretii sibi reservant, & ad interrogationem Petri furtum negant. Quid evenit? in instanti repentina morte puniti sunt, ita ut admirandus exclamaret Boaventura, in Act. Apost. (hic) *Timeant, qui usurpant aliena, si tam subitanea morte praesent, qui occultant propria.* Denique dives Epulo (Luc. 16.) induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide, pauperulum autem Lazarum, inter canes reprobantem, fame & siti contabescere permisit: quid evenit? Mortuus est, & sepultus in infernum. O Bone Deus! exclamo cum S. Anselmo, in Jac. 2. v. 3. *Si iudicium absque misericordia illi, qui non fecit misericordiam, quale iudicium fiet illi, qui fecerit & respiciam?*

9. Epilogus. O mi Christiane! En quam veram sit, quod Ecclesiasticus enunciat, cap. 21. *Qui adhaeret domum suam impendit alieno, quasi qui colligit lapides suos in hyeme.* Quid vult dicere? Quilibet terra gleba in hyeme instar marmoris congelata est: ponamus aliquem ita delirare, ut de glebis ejusmodi congelatis domum extruat: quamdiu durabit domus? usque ad verum tempus, quo activo calore glacies dissolvetur, & totum aedificium corruet. Pars infortunium tangit eum, qui rebus inique partis discedere cupit, substantia illius instar glacie dissolvitur, ad incitas redigetur, & corpore simul & anima peribit. O quisquis igitur sapit, & animae aequalis desiderio tangitur, profunde animo imprimat monitum Apostoli, (Ephes. 5.) *eam quo suum sermoni impono: Nolite fieri participes eorum, id est furum & infortunorum: bona iniqua non dividite, sed miserum faciunt! Nolite fieri participes eorum.* Amen.

In Festo Circumcisionis Domini.

CONCEPTUS XLIV.

De nono & ultimo Peccato alieno, quod committitur Defensione Peccati.

Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur Puer, vocatum est pomen ejus Jesus. Luc. 2.

Mundus bonum malum & malum bonum vocat.

1. Sanctus Franciscus Seraphicus, cum aliquando copiosam populi multitudinem ad audiendum Dei verbum confluisse videret, continuo fratri suo, quem comitem habebat, praecipit, ut e suggesta verba faceret. Ille nullius dignitate eloquentiae sibi contentus, sed tamen in virtute sanctae obedientiae consensu confidit cathedram, orditur & ait: *Omittite homines & facite malum!* obstupuit populus, advertitque bonus Claus Spicli, Catech. Con. Tom. II. Pars II.

num fratrem dicendi facultatis inagratum, & cum metu constanti auditorio totum perplexum verbis haurere. Verum ecce! quomodo Seraphicus Franciscus correxerit error! ascendit ipse cathedram, & emisso discursu fide demonstravit, quae ratione fallacissimum mendosum malum, & malum bonum dicitur. temporales divitias, honores, dignitates, carnis voluptates, convivia, choreas, rifus, jocos, vindictam inimicorum, crapulas, & ebrietates bonum: contra contemptum mundi, solitudinem, paupertatem, proluxas preces, jejania, mortificationes, cruces & adversitates malum vocat, cum tamen vice versa illa malum, haec bonum sint. Non erravit itaque, subnixit sanctus Vir, non erravit meus frater, dicendo: *Omittite bonum, & facite malum*, nam id ipsum est, quod & ego vobis persuasum volo, ut videlicet id, quod mundus bonum dicit, cane pejus & angue fugiatis, & quod malum dicit, ambibus manibus amplectamini. Christiani Auditores! forsitan dudum novus animus ingreditur, novum orationis dogma dediderit? Et quid aliud dicam, quam hoc ipsum Francisci principium; nihil enim est familiarium mundo, quam bonum, id est virtutes despiciere, & mala, id est, vitia, canonizare. Haec est loquela usitatissima peccatorum, superbiam vocant convenientem rationem status, avaritiam vocant providentiam, luxuriam vocant jovialitatem, vindictam vocant generositatem, iram vocant iustitiam, aediam vocant commoditatem, & sic verificatur illud Gregorii, Mor. 1. 37. c. 17. *Tanta se arte palliat mundus, ut vel ipsi capitulis pallio virtutum obtegat.* Quem autem in finem ista discuro? non alium in finem, nisi ut anam capiam differendi de nono, quod adhuc superest, peccato alieno, videlicet defensione, seu ratiificatione peccati quod, ut verbis loquar venerabilis P. Ganisi, de Peccato alieno. c. 11. tunc committitur, cum, quo contra fas, & aequum instituitur, promovere aique propagare contendant.

Quo loquendi genere se peccati alieni remi facit, quod committitur cum vel propria, vel alienum peccata, anore lucrari alio motivo, defenduntur, & Divina exinde indignatio incurritur.

2. Propositio. Explicandum igitur erit, quinam maxime de hoc peccato periclitentur? quae causa illos impellere possit ad defendendum peccatum? quid malorum exinde consequatur? & denique quae poena in ejusmodi delinquentes statuta sint? Iacarnatus Dei Filius hodie fallacissimum Jesu, id est, Salvatoris nomen assumpsit, & primas Sanguinis guttulas tanquam arrham furti suae Passioni profudit, ut destruat, ut extirpetur, ut finem accipiat peccatum: igitur exigam amarissimam Passioni, ejusque fructus sibi facere poterant, qui sunt Salvatoris iniquitatis, & protectores peccati. Favete!

S. I.

3. Confirmatio. Quae primo: quoniam sunt qui

Q9

pec

peccati patrocinium suscipiunt? Respondeo, sunt in primis illi, qui propria delicta & perperam facta contra suos Superiores, a quibus corriguntur, mordicus defendunt: hos alloquitur Psalmista: *(Psal. 74.)* *Disi iniquus, nolite inique agere, & delinquentibus, nolite extollere in alium cornu vestrum.* Supra quæ Cassiodorus (hic) annotat, *quasi cornu erigit, qui peccata sua defendit.* Quemadmodum igitur cornutum animal, v. g. turpis, aut hircus, cum laeserit, in pedes sese erigit, & cornua ad pugnam intendit: ita brutalis peccator, qui se in delictis & factis inculpabilem abstrahit, ad corrigentis vocem quasi cornutus armatulus apparet. Corrige juvenem filium, quod lapsus est conventicula, aut choreas non sine perversionis periculo frequenter: corrige insulsum blateronem, quod in blasphemias, & verba obscene non sine scandalo erumpat: corrige maritum, quod nimia prodigalitate aut ebriofitate dotem uxoris & liberam aburgiat, & quæ sunt similia, mox omnes in cornua asurgunt, & pro suis vitis tanquam pro aris & focis pugnant, dicentes: Medice cura te ipsum, extrahere prius trabem ex oculo tuo, antequam extrahas festucam ex alio oculo, & quæ sunt alia id genus retorquentes, quæ tibi in faciem exprobrant; peccatores enim, præsertim obstinati sunt ejusdem farinae, cuius olim fuit adultera, de qua Salomon testatur; quod post commissum abominabile scelus lata & hilaris tergere os suum dixerit: *Non sum operata malum.* *(Prov. 30.)* Aut cum Bernardo: *Feci quidem, sed bene feci.*

4. Ex eorum autem numero, qui in genere tam suis, quam alienis peccatis patrocinium præstant, sunt in primis nascutuli illi, qui ipsam Dei legem sui censuram vocantes, & peccata non pondere sanctuarii, sed pondere mundi trutinantes, mortalia pro venialibus venditant, & ut complices suos facilius in foribus destinant, peccata luxuria non esse, nisi humanæ naturæ fragilitates affirmant: Vah quid magis diabolicum, quam negare, quod Deus affirmat, & leve dicere, quod Deus æterna morte dignum judicat? in hujusmodi auctuculos jam dudum sententiam pronuntiavit Isaias 20. *Va qui abisti malum hominum, & bonum malum.* v. S. Gregorius, Moral. l. 33. c. 4. *Tanto se apertius Dei hostes exhibent, quanto sunt patres vitiorum.* Deinde & numero eorum, qui peccatis patrocinium præstant sunt caussidii, seu advocati, qui falsis causis scienter subsistent, & legitimas impugnant, quo tandem fit, ut lites cum damno & expeculatione partium in aunos & lustra protrahantur, & in fine justitia opprimatur ac iniquitas triumphet, eum fere in modum, ut Rupertus, l. 33. in Joan. de quo olim Judæi sanguinario clamore Barrabbam Christo præterulerunt, & Principem pacis desiderant pro auctore seditionis. Tertio & numero eorum, qui peccatis patrocinium præstant, sunt parentes, qui licet de filiorum delictis & excessibus moneantur, tamen illos excusant, & protegent, ita ut eisdem ob

graves præceptorum transgressiones, & Detestatas nec a præceptoribus, & ludimagistris castigari permittant. Quarto & numero eorum, qui peccatis patrocinium præstant, sunt in aulis Principum, & in palatiis nobilium parasiti, & assentatores, qui ut humani favoris auram capiant, omnia eorum dicta & facta laudant, delicta approbant, & scelera etiam enormiora peccatillis proclamant. Noto sceleratus Imperator erat tam phantasticus, ut in publico theatro mimum, & cantatorem ageret: quomodo autem cantilenas insulsa & absurda voce recitabat, tota tamen illi orchestra tanquam artificioso Orpheo applaudebat. Sic hodiecumque, quantumcumque magnates & nobilissimescant, pro sapientibus tamen instat Salomonis laudatur. Quinto & numero eorum, qui peccatis patrocinium præstant, sunt ipsi nobiles, ac potentes, qui homines facinorosos, & malefactorum in domos suas recipiunt, & contra justitiam defendunt: Josue misit olim duos exploratores, qui in abscondito considerarent terram, & urbem Jericho, hos in domum suam recepit mulier, nomine Rachab, apud quam parochiam: *(Josue 2.)* cum nunciatum esset Regi, de illis Israel ingressos fuisse in domum Rachab exploratores, misit ad eam, sibi que illos extradi petiit: at mulier abscondit illos in solario domus suæ operiens eos stipula lini, quæ ibi erat. Sic hodiecum fit; sunt nobiles & potentes, qui fures & latrones recipiunt, ut eorum correctionem impediant, & scelera impunita maneant: sunt lenones, qui alienas uxores seducunt, & in donibus suis abscondunt, cumque id genus latibulum maritis innotescit, mendacia mendacis superaddunt: sunt amanuenses diaboli, quis filios aut famulos pessime delinquentes contra justitiam parentum aut dominorum iram protegent: isti omnes censuram incurunt Antonini pronuntiantis, p. 1. tit. 4. c. 9. §. 2. *Qui defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines.* Sexto denique & numero eorum, qui peccatis patrocinium præstant, sunt iudices, qui prout loquitur Isaias, c. 5. *Justificavit impium pro numeribus, & justitiam justis auferunt ab eo.* Litigantium causas injustissima partialitate decidunt, cum fur ad iudicium citatur, hunc excusant, & damnum passio culpam imputant, quod sua non securus cultodierit. Homicidam absolvunt, & occiso culpam imputant, quod se non generosus defendit. Incendiarium in libertatem dimittunt, quod ades non ex lapide, sed ex ligno edificavit. Verbo: *dicens impio, iustus es, prout loquitur.* Sapientium sapientissimus, *(Prov. 24.)* & in flagitiosi laudantur & innocentes in furcam aguntur.

§. II.

5. Quæ autem causa subest, quæ hominum fidem, justitiam, ac conscientiam adeo in transversum agit, ut virtutem persequantur, & vitium defendant? causam invenio geminam & quæ-

quænam illa? Cum Apostolus Paulus *(Act. 16.)* Philippis in Macedonia moratus, quendam ad orationem cum socio ascenderet, obvium habuit puellam, a spirite pythone oracula sumente, & futura divinitus obsecum: miserus puellæ Apollus eiecit infernalem spiritum: & ecce! indignatus puellæ Dominus primo in Paulum injurijs verbis invehit, dein illum ad magistratum, tanquam turbatorem Republicæ detulit, tanta accusationis efficacia, ut innocens Paulus in carcerem coniectus & virgis caesus fuerit. Quid hoc rei? quantum ingratiudis monstrum? an non Vir Dei beneficium præstitit puellæ? Puellæ, sed non Domino! quare non Domino? quia ille ex divinationibus & præfagijs, quæ demon infessor effutibat, insignia munera, & grandæ lucrum collecit. An ergo maluit infernalis inimicum contubernalem habere, quam suo quæstu temporali privari? Maluit! *Velut pulchram damoniorum corripam esse, ut quæstum faceret,* ait hic super re Theophilactus, in Act. c. 16. En mi Christiane, prima ratio, quæ injustitiam, luxuriam, homicidij, sacrilegij & ipsi demoni patrocinium præstat, est lucrum temporale: ubi autem splendet, facile vitia virtutum indumentis palliantur, quod vituperabile est laudibus extollitur, & acculator fit furca dignior, quam delinquens. Altera dein ratio, quæ vitis patrocinat, est morum seu vitiorum similitudo: Nota dignissimus est, quod Evangelista Mattheus commemorat: cum Christus iter faciebat, obvium habuit juvenem, quem Dei Filius citata moram ad sui sequelam vocavit inquitens: *(Matth. 8.)* *Sequere me!* juvenis hoc alloquo lætas paratum quidem te obtulit ad Christi sequelam, licentiam tamen rogabat ultimam, ut sibi patrem his diebus vita sanctum prius sepellire liceret. Quid Christus? negavit hanc licentiam, auctore vultu subinfernens: *Sine us mortui sepellant mortuos suos.* Obscura hæc est, & valde mysteriosa locutio, qua Doctores cebrum fatigant: in primis querentes, cur Dominus non admittit sepeliam genitoris, quæ tamen excellens valde est, & meritum charitativis? Dein ulterius querunt, quanam sint illi mortui, qui mortuos sepeliunt? aut quis fit horum verborum sensus? Taceo diversos interpretam sensus, & solum illam assero, quem S. Gregorius ex his verbis eruit, inquisi, Moral. l. 4. cap. 25. *Quemadmodum homines per mortem naturalem corpore teaus, ita per mortem spiritualem, id est, per peccatum anima tenus moriuntur, & sicut naturaliter mortui, nec cadaveris feor intolerabilis fiat, subitus terram defodiuntur; ita spiritualiter mortui delinquenti sepeliunt, cum eorum delicta teguntur, palliantur, occultantur, & defenduntur. Mortui mortuos sepeliunt, cum peccatores peccatorum factis premunt.* Quinam autem sunt illi, qui hinc in morem peccatorum delicta palliant, & excusant? sunt, qui inter mortuos mortui

sunt, id est, qui in eodem genere delicti reos se agnoscunt, id quod revera experientia testatur: Homo superbus alterius ambitionem & insatiam nunquam carpet, sed potius ut decontentiam, & motum honestatem laudabit. Luxuriosus luxuriosum non criticabitur, sed tantum hominem jovialem, & ad faculi indolem natum extollet: Insuper iudex, qui partium causas non ad iustitiam, sed ad munerum lanceam trutinat, alium sui furisr expectatorem non carpet, sed potius ejus dicta, & facta approbat. Homo tyrannicus, qui subditis unæ cum peculio sanguinem emungit, alium sibi similem excoiorem, aut sanguisugam, qui eum illis detrahit, nunquam contemnet, sed potius ut iustitiarum commendabit: & quare ista omnia? quia perbene norunt, quod si sua criminis in alijs fugillent, seipsos accusent. En mi Christiane, quod lucrum temporale, & morum ac vitiorum similitudo sine fere unico secutum, quo aliena vitia defenduntur: simia finiam amat, & lupus cum lupo ululat.

§. III.

6. Quam grande autem detrimentum ejusmodi vitiorum patroni Divinæ gloriæ, & animarum salutis irrogent, quis explicet? Deus & natura hominem ita comparant, ut erga vitium ex sola illius sceditate, in quantum recte rationi & Divinæ voluntati repugnat, nativum quendam horrorem & odium concipiat; & ideo cum perperam agimus, confurgit conscientie stimulus, intus animam lancinans, qui saepe fuit occasio & motivum magnæ penitentia, & conversionis. Quid autem fit, cum peccatum ab alijs, etiam iis, qui quadam auctoritate pollent, ratihabetur, & iustificatur? hoc fit: peccator lætes sum, quod bene se fecisse arbitrat, non retrahat, damnum quod intulit non reparat, honorem non restituit, injurias non condonat, capitale odium non deponit, scandala non amovet, & omne id, ad quod occasione præcedenti peccati ex præcepto tenetur, omittit: quare? quia illius, a quo peccatum suum approbat, auctoritate persuasus, putat, se iure suo usum fuisse, & se verificatur illud Bernardus de Ballo p. 1. ferm. 27. pronuntiavit, dicentis: *Cum vitia vitiorum non minus laudantur, detrahatur peccatis pudor.* Nec satis hoc malitie peccator, cum audit sua criminis defendi, & excusari, omne Divini, & humani respectus frænum abruptit, & ad omne nefas impudenter evadit: quin inno ipsam Dei lumen, quo animas hominum illustrat, omnino contemnit, & veluti ipso Deo rem melius penetraret, legem prohibentem condemnat, acque tandem æternæ veritatis iudicia, quæ malefactoris æternæ mortis reos agunt, de falsitate & iniquitate suspecta reddunt, dicentes quasi cum infernali serpente: *Nosquam morte mortemur.* *(Gen. 3.)* Quis non obstupescat ad tam horribilia? quæ tamen, si res penitus inopi-

inspiciatur, sunt verissima: defensores, seu patris scelerum sunt hostes & antagonista Dei, qui Divinas & humanas constitutiones, jus & fas omne everterunt, atque tandem peccatorem adeo in malo effrontem reddunt, ut cum obstinato Pharaone oblatrare auit: quis est ille Deus, qui mihi hoc praecepit? unde verissimum est illud S. Gregorii, Mor. l. 26. c. 2. & l. 33. e. 6. *Culpa cum defenditur, geminatur, & summa admittitur, cum defenditur, augetur.*

7. Quid mirum delinere, quod eiusmodi scelerum patroni tam in hac, quam in altera vita vindictam Numitis, & terribilia proflus supplicia in caput suum contrahant? Patriarcha Isaac promissionem suo Esau paternam benedictionem collaturus praecepit illi, ut supra pharetra & arcu venatum egrederetur, & carnis ferinam, qua libenter vesceretur, sibi in cibum afferret. Abiit Esau, sed infelici successe, quippe illo absente Rebecca Mater subornavit nativum filium Jacob, ut mutatis vestibus se iure majorem simularet, & hoc actu benedictionem ad hereditatem patris, qui ex senio cecus erat, fratri transfunderet. Jacob obsecundare quidem matri voluit, tamen, ut ne sentis fratrem subdoreretur, & sibi male benedictionem potius, quam benedictionem imperiret. Ne metuas, fili mi, subinferebat mater, in me sic ista maledictio. (Gen. 27.) Hic subfesto, nec ulteriora tango mysteria, sed in remeam hoc Rebecca effatum converto. Sunt pseudo-Apostoli diaboli, qui timidos peccatores Divinam maledictionem merito formidantes animant, ut proximum ledant in fama, in vita, in bonis, dicentes: *In me sic maledictio ista!* ego vos defendam, ego vos protegam, ego vos mantenebo! & sic faciant, ut illi, alias satis timorati, ad fraudes, ad lasiones proximi, ad injustas lites, & quavis flagitia animo se & audacter prosiliant. Vix illis quia maledictionem Divinam, quam Rebecca ex confidentia causa & quia secura erat de felici eventu, solum conditionate in se provocavit, illi absolute tam corpore, quam anima tenus occurrunt. Quis mihi causam dixerit, cur Oza (2. Reg. 6.) repentina morte punitus sit? Respondent quidem communiter auctores, punitum fuisse, quia arcam, quam ipse cum ceteris Levitis in humeris portare debebat, in plaustrum reposuit: Verum Doctissimus Abulensis hic q. 10. quamvis hanc opinionem non improbat, tamen illam haud satis solidam esse opinatur; si enim ita est, inquit, cur non immediate statim initio, cum arcam super plaustrum collocavit, phantus fuit? non ergo hoc fuit illius peccatum, sed Deus suspendit poenam, donec ille gravius delinqueret: quando ergo gravius deliquit? tunc cum cepissent abulens plaustrum iumentis arcam ad lapsum pronam extensis manibus tenuit & firmavit. Graviter quidem deliquit initio, quod arcam, quam humeris Levitarum portare debebat, in plaustrum imposuisset: verum cum ausus fuit eandem super

plaustrum tenere ac firmare, nihil aliud reuera fecit, quam quod admittum errorem confirmavit, & hoc suo scandalo ceteros Levitas animavit, arcam etiam deinceps tam vili vendicam committendi, & inhonorandi. Quamquam igitur Deus in primo peccato illi pepercit, tamen cum idem illud peccatum iterato confirmare, & approbare vilis est, iustissimum itam super illum effudit, & repentina morte punitur. O bone Deus! quot dantur timorati Levitis, qui arcam Domini, id est, legem Divinam non tam in humeris, quam in medio cordis gestarent, sed quoniam sceleratum Ozam audiunt, qui pessima eorum scelera approbat, & confirmat, de die in diem sunt in malo audaciores: peccant, quia diuorunt exaunt: peccant, quia aliis peccando placent: peccant, quia honori sibi dicunt esse sceleratos: peccant, quia nolunt aliis minus impudentes videri: peccant, ut filii defensoris ac patroni favores aucupentur. Vix eiusmodi defensoribus, ac patronis, nimis enim quam verum est illud S. Nili pronuntiatum: *Ne patris nris malis, ipsos etiam ad mala provocet, tu vero contumelians peccatis communitur.*

8. Epilogus. Cavebis igitur, mi Christiane, ne cuiquam in vita perversitate patrociniatum praestes, autquam bonum malum, aut malum bonum propinques; indicibile enim est, quot peccatis exinde anam praebes. Dic quaso, si quis clam in pharmacopolium illapsus affixus ibi schedulas, quibus medicamentorum pisides discriminaantur, mutaret, & pixidi illi, in qua venenum continetur, extrinsecus Theriaca adscriberet; quanta mala causeret eiusmodi navigator? faceret enim, ut bene credulus & rei inexpertus quispium venenum audacter loco theriaca devoraret. Eandem in morem tu agis, mi Christiane, cum approbas, quod culpabile est, revera facis, ut proximus tua auctoritate commotus infernale peccati venenum absque formidine deglutiat: tua hac culpa erit coram Deo, in te recumbet peccati supplicium, & sic idem tibi continget, quod olim Caiphe, qui persuasit iudaeis, expedire populum hominem, nempe Christum, loco totius populi mori. (Joann. 11.) Sic iudaei quidem Christum crucifixerant, sed prout loquitur S. Augustinus: *Tr. 49. in Joann. Temporalia perdere timerunt, & vitam aeternam non ceptaverunt, & sic utrumque amiserunt!* quod Deus avertat. Amen.

In Festo Epiphaniae Domini.

CONCEPTUS XLV.

De utilitate, & necessitate bonorum operum.

Ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam. Matth. 2.

Christus in mundum venit, ut sit exemplar bonorum operum.

NON unicus fuit finis & scopus, propter quem Unigenitus Dei Filius assumpta hominis natura in mundum venit; quamquam enim finis principalis fuerit Redemptio humani generis, quod ex prevaricatione Protoparentum in diaboli potestatem, & aeternae damnationis reatum incidit; tamen ex intentione quasi secundaria ideo etiam in mundo apparuit, ut se vitae exemplar nobis praeretur, & prout loquitur Apostolus, (1. Th. 2.) *ut mundaret sibi populum acceptabilem, sectantem bonorum operum.* Hac certe de causa in stabulo Bethlehemico docuit patientiam, dum loci fetorem, peccatorum confortium, hyemale frigus, egestatem, aliaque incommoda pertulit. In officina fabrilis docuit obedientiam, dum celi & terrae Dominus, cuius nutum & imperia miliones Angelorum obsequiose expectant, fuit subditus parentibus. In anno trigesimo Evangelicae praedicationis laborem aucupatus docuit misericordiam, dum cecis visum, surdis auditum, mutis loquendum, leprosis munditiam, agrotantibus sanitatem, energumens liberationem, mortuis vitam, & denique peccatoribus veniam tribuit. In amarissima Passione docuit mansuetudinem, dum ad accusationes, contumelias, verbera & vulnera, in quorum vindictam legionem Angelorum facile de callis evocare potuisset, velut agnus ad occisionem ductus obmutuit. Denique in cruce docuit charitatem, dum pro persecutoribus, mille infernos promeritis, Patrem rogavit. Ea Magistarum bonorum operum, quorum sectatorem vult esse populum sibi acceptabilem: quapropter boni Christiani non solum sibi de nomine contenti in id tempus operum contulerunt, ut hanc Domini patientiam, obedientiam, misericordiam, mansuetudinem, charitatem, aliaque sanctitatis opera strenue amularentur: Exemplum habemus in tribus Regibus, primitiis Christianorum, qui hodie ab Oriente venerunt Hierosolymam: Proh quantum patientiam in longinquo itinere, quantum obedientiam in stelle apparitione, quantum misericordiam in munere oblatione, quantum mansuetudinem in perferendis Iudaeorum injuriis, quantum denique erga Deum charitatem exercuerunt, cum in patriam reduces Divinitatem Christi subditis praedicarent, & tandem Apostolicum munus glorioso Martyrio coronarunt!

Clavis Spirit. Catech. Conc. Tom. II. Pars II.

Quae bona opera permagni estimanda sunt.

2. *Profectio.* Sed quem in finem loquer ista? Dilectissimi! satis luculque inter scelerum monstra haesimus, dum peccatorum capitalium, & alienorum indolem explicavimus, conformiter ad illud: *Desistite a malo.* Jam ad iustitiae Christianae partem alteram, *fac bonum, oculos convertam;* anam ad hoc praebet S. Bernardo, (serm. 34. ex parv. *Non sufficit a malo abstinere, nisi & bonum faciamus.*) Quid autem dicemus de bonis operibus? Opera bona sunt necessaria ad fidem, sunt necessaria ad gloriam! Hic scopus hodierni sermonis, hae trimembris divisio. Attendite! Favete.

S. I. Primo, quia sunt effectus fidei supernaturalis.

3. *Confirmatio.* Opera bona sunt necessaria ad fidem, haec prima pars, quam in medium hic afferro in confutationem Heterodoxorum docentium, fidem solum sine operibus posse placere Deo. Aufcultemus, quid S. Lucas enarret. Quidam Pater-Familias in vinea sua plantaverat ficulneas, utique formosam, proceram & elegantem, eo solo excepto, quod fructus non ferret. Patientiam habuit Pater-Familias in alterum annum, sed & altero anno ficulnea ipem illius sefellit. Expectavit & tertium annum, verum cum & tunc ficulnea sterilis remansit, plenus indignatione Dominus extirpari illam praecipit: (Luc. 13.) *Succide illam, ut quid terram occupat?* quod arbor ista fuit in vinea, id Christianorum quilibet est in Sancta Ecclesia: radix hujus arboris est salvisca fides, truncus est erecta in Deum spes, rami hinc inde expansi sunt bipartita charitas erga Deum & proximum, quarum virtutum habitus una cum Dei gratia homini in sacro regenerationis latice sunt infusi. Oh quanta aviditate Dominus Deus ab hac arbore fructus bonorum operum expectat: verum cum hodie, cras & perae die, & supra alteram, tertium & quartum annum spe sua frustrari se conspiciat, tandem iustissima ira commotus, jubet illam excindere & in ignem conjici. En! quam omnino non placeat Deo fides sine operibus? Sed inquit, quamvis opera charitatis non fuerint fructuosa, tamen & non sunt nociva: parent in modum, quamvis opera charitatis non exerceant, tamen non sunt blasphemica, non sum latro, non sum fur, non sum adulter, & quae sunt similia. Haec omnia, mi Christiane, ex se solo non sufficiunt, ut Deo placeas: ponamus, quod in itinere constitutus hominem inopem, miserum, fenum-nudum, frigore torpentem, & humi jacentem invenias. Pergis viam tuam, nec quidquam injurie illi irrogas. An satis hoc? Nequaquam! Samaritanus sis oportet. *Parum est,* (ait S. Augustinus in Psalm. 33.) *ut non expelles, nisi nondum vestias.* Non sufficit a malo abstinere, nisi & bonum facias.

Sanctus gentium Apostolus, ubi Ephesios suos in pugna spirituali contra infernales inimicos intruit, discrete præcipit, ut scuto fidei sese ornarent: *In omnibus sumentes scutum fidei.* (Ephes. 6.) Verum cur mundi Doctor fidem potius scuto, quam galea, lorice, gladio comparat? Percepit rationem: Militum quidam (A lex. Calamata. in *synon. dist. 22.*) cum hoste in arena descensurus, prius adit oraculum Minervæ, interrogans, an victoriam esset reportaturus? Respondit oraculum: *Vade, victoriam consequeris!* hac ille fide præmunus, committit se prælio, armatus a capite ad calcem, clypeum levæ & gladium dextra gerens. Percussus ab hoste non recessit, sed quasi immobilis, & de victoria certus, ferit. Iterum faucibus necdum se defendit, tandem advertens miser se victum ac superatum esse, sublati in calum oculis lamentabili voce exclamavit: *Ubi est Deus tuus fides? Nonne Minerva mihi oraculum promisit?* Sed mox responsum audit: *Tu quoque cum Minerva manum admove, quasi diceret: Amice, quod succuberis, tua culpa factum est: Dii non adjuvant inertem, sed sedulam & industriam, defendere ipsum quantum potes, & Deorum auxilium expectaris.* Adveritis, mi Christiane, cur Apostolus fides scuto conferat? nempe quia fide sicut scuto uti oportet: *Qui scuto totum corpus defendere cupit, (ait Origenes in Ephes. 6.) brachiorum conatu illud in circuitu aueat, sicut inimicos inimici gladius non sagitta possulat.* Parem in modum, qui contra infernale inimicum prevalere desiderat, fidem laborioso conatu in varios virtutum actus circumferat, nunc orando, nunc elemosinas largiendo, nunc jejunando, nunc esurientes refocillando, nunc infirmos visitando, & alia id genus opera exercendo. Vis illam explanationem de veterum more fide, teste Piero, l. 3. Hierog. quando tyrones suos & novellos milites in bellum dimittent, scuta levigata & dealbata illis in manus tradebant, nulla alia de causa, nisi ut animarentur ad herocia id genus facinora, quæ deinde in æternam rei memoriam ac laudem in dealbata cutia solebant insculpi. Eundem in morem, jubet Apostolus nos lumere scutum fidei, ut diversos virtutum ac bonorum operum actus eidem insculperemus: ita ejusmodi triumphifigura, qua in terris reportantur, videmus in scutis Sanctorum, ut in scuto S. Petri crucem, in scuto S. Pauli gladium, in scuto S. Laurentii candentem cruciatum, in scuto S. Francisci faciem stigmatam, in scuto S. Catharinae focam cultris armatam, & sic de cæteris. Nota mi Christiane, cur Apostolus scutum fidei nobis commendat? nimirum quia fides in varia virtutum opera prodire debet, aut fides non est, dicens S. Gregorius, Hom. 26. in Evang. *ille veraciter credit, qui exercet operando, quod credit.*

5. Sed quis: Scriptura testatur, (Habac. 2.) quod *justus ex fide vivat.* Quid tum? ergo o-

pera ad fidem non sunt necessaria. Nego consequentiam! Ponamus nos simul itinerari ac prætereire agrum, ibi discursus causa tibi dico: rusticus ille, quem bene nosti, vivit ex isto agro. Et verissimum dico! an ideo fœvitur rusticum huic agrum non debere arare, occidere, serere, metere? nequaquam sequitur, sed meos discursus plus non affirmat, quam quod vivit ille fructibus & redditibus agrum bene arati gaudeat. Parem in modum intelligendus est Propheta inquis: *Justus ex fide vivit,* non ea mente, quod fides sola ipsum in vita & amicitia Dei conservet, sed quod instar præpositi agrum illum fructibus bonorum operum divitem faciat, & salvet. Sed pergo ad alia!

S. II. *Secundo, quia sunt augmentativa gratie iustificantis.*

6. Opera bona sunt necessaria ad Dei gratiam tam acquirendam, quam augendam; ad acquirendam quidem; quia est opera in statu peccati facta omni merito supernaturali careant, tamen coactans est Theologorum assertio, quod dispositivè concurrant ad gratiam, in quantum Deus intuitu talium operum necessarium illuminat, excitat, & illi demum gratiam penitentiam confert, & etiam robur ad eam augendam; qua nimisquam certum est, opera in statu gratiæ peracta ex meritis Christi adeo dignificantur, ut semper huic ipsi gratiæ novum augmentum adjiciant. Ingradiam Scripturam.

7. Abraham ex Dei præcepto paratus erat unigenitum filium suum Isaac in monte Moria immolare, quæ obedientia adeo placuit Deo, ut Deus illum patrem credentium constituerit, familiam ejus supra stellas caeli multiplicare promiserit, & in intimam amicitiam ac gratiam receperit, docente S. Jacobo, c. 2. Abraham ex hoc opere iustificatum fuisse, Patriarcha Jacob, postquam in domo sacra quatuordecim annorum servitium fecit, in patriam cum universa familia regressus monuit suos, ut idola abicerent, & uni vero Deo ex toto corde servirent, & ecce! ea re tantam apud Deum gratiam iniit, ut in somno illi mysteriosam scalam cum ascendentibus & descendentibus Angelis ostendiderit, (Gen. 28.) eque visione illum favorem, & protectionis Angelicæ securum reddiderit. Nabuchodonosor ob pessima idololatricæ criminis a Deo reprobatum, condemnatumque est, ut exuta hominis specie inter brutas pecudes integro septennio in lylis erraret, & ecce! Propheta Daniel suggestit illi superesse adhuc locum gratiæ, videlicet elemosynam, qua Deum iustum placare, & penam avertere possit. (Dan. 4.) Frater filii prodigi, ubi fratrem ab exilio, & bonorum dejectione reducendum laute haberi conspexit, allegavit via merita, quod semper sub obedientia vixerit, & patris mandatum nunquam transgressus fuit. (Luc. 15.) & ecce! audire a patre meruit, *Filius super me vivat, & omnia mea tua sunt.* Zachæus teneatorum hospiti-

hospitio Christum recipit, & ejus amore, quæ iniuste corraferat, in quadruplum restituit, (Luc. 19.) & ecce! ex ore Domini in nomen filiorum Abraham se recipi, fauce domini salutem appromitti audit. Jam sic affurgere libet: si opera veteris testamenti adeo placere Deo, ut tam insignibus, ac luculentis remunerationibus fuerint compensata, quanto magis placebunt Deo opera nostra meritis, & Sanguine Christi nobilitata? quemadmodum igitur fontis aqua ex eo pretiosior sit, quia per aurifodinas, & medicinales mineras perfluit; ita opera nostra Dei favorem, & gratiæ augmentum promerentur, quia fluunt per vulnera Christi. O igitur si sapias, mi Christiane, nullam occasionem augendi merita prætermittere, quia per unicum suspirium, per unicum obolum pauperi datum, per opus etiam minimum amore Dei peractum semper augetur gratia, & anima tua Divinis oculis magis magisque beneplacens redditur. *Adhuc Regia a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata variolatis, ait Psalmographus. (Psalm. 44.)* Per Reginam intelligitur fidelis anima, (Card. Hug. in *Psalm. 44.*) per vestitum deauratum caelestis gratia, per variatam diversarum virtutum actus, quibus gratia fuit promerita, & augmentata; per aureum enim colorem denotatur charitas, per argenteum castitas, per caeruleum conscientia puritas, per rubrum patientia in adversis, per cinereum humilitas, per nigrum penitentia, & sic de cæteris: hoc vestitum, quia caruit infelix ille, & nuptiali convivio in tenebris exteriores expulsum est. (Matth. 22.)

8. Sed dicis forsitan: quamvis ex me ipso frigidus, & non admodum bonæ notæ Christianus sim, tamen preces, sacrificia, aliorumque operum suffragia pro me fieri curo? audi quid Plutarchus in Apophth. enarret. Juvenem quidam strenui militis filius, qui post mortem parentis ob negligentiam, & bonorum dilapidationem ad extremam redactus est miseriam, accessit Regem Antigonum, humique prostratus in hunc sensum locutus est: *Potentissime Rex, summa preces exorare, & vis non facere pereos; quæ propter Majestatem tuam humillime supplico, ut clementiam mihi exhibeas, ad quam ex æquitate movere te debent merita patris, qui stupenda facinora pro te in bello præstitit, & detum in defensionem sece pari tui sanguinem fudit. Reposuit prædanti sumus Rex: at ego, mi juvenis, non ob patris, sed ob proprias cujusque virtutes mercedem & munera dare soleo. Eundem in sensum, ait S. Hieronymus, respondebit Deus homini Christiano, qui sola fide, & virtute Sanguinis Christi se salvandum sperat: est quod precum, & sacrificiorum suffragia pro se fieri curet, tamen audire: Ego propria, non aliena merita remuneror! Verba Sancti Doctoris epist. 72. sunt: *Quisquisque pro operibus suis mercedem accipiet, nec possunt in die Judicii aliorum**

bonorum Operum. *virtutes aliorum vitia subvertere.* Sed de his jam plura in tertio puncto.

S. III. *Et tertio, quia sunt meritoria æternæ salutis.*

9. Opera bona sunt necessaria ad salutem. Aperiamus iterum Scripturam. Apocalypiticus Vates, ubi civitatem sanctam Hierusalem, auro & gemmis adificatam describit, expresse affirmat, admirabilem hanc, & omnium bonorum feracem civitatem duodecim portas habere, duodecim Apostolorum nominibus signatas, prout loquuntur S. Augustinus & Hieronymus. (Corn. a Lap. in Apoc. c. 21. v. 12.) Nec immerito, cum enim Apostoli Spiritus Sancti oracula, & Evangelii præcones pro universum, qualitate patet, orbem salvificam fidem disseminarint, ideo sic & desuper fieri, ut innumerabilis animarum multitudo a quatuor mundi partibus ab Oriente, Occidente, Aquilone & Austro adventans per duodecim civitatis portas fit intratura. Quilibet ergo Apostolorum in caestem patriam animas ex mundi parte ac Regione admittet, ubi quondam Evangelicam legem prædicavit, Ponamus jam e Romanis aut Germanis aliquem ad cali portam adventare: aderit S. Petrus, qui eas gentes convertit credidit, interrogabitque adventum, an habeat veram fidem? Habeo, respondebit ille: etiam opera conformia fidei? habuit ille, & tunc subinterept Petrus, nunquid dudum vobis inculcatis illud: *Frater magis sanctus, ut per Leonem præsertim vestram vocacionem & electionem faciat?* (2. Pet. 1.) & sic miserum facessere jubebit. Idem contigebat apud portam S. Jacobi cum Judæis, quibus ipse discrete legem promulgavit: *Fides sine operibus mortua est.* Idem contigebat apud portam S. Matthæi cum Æthiopicis & Mauris, quibus ille & scripsit & dixit: *Si vis ad vitam ingredi serva mandata.* (Matth. 19.) Idem contigebat apud portam S. Andree cum Sarmatis, Molcovitis & Hungaris, quos ipse sua morte educavit, non posse perveniri ad lucem sine cruce. Idem contigebat apud portam S. Joannis, qui universo orbi annunciavit illud: *Qui serva mandata sua in isto mundo, & ipse in eo.* (1. Joan. 2.) Verbo: Memo illius in civitatem gloriæ admittent; qui non fidem vitam operibus ornatam attulerit, id quod ipsa Veritas Christus solemni oraculo pronuntiavit: *Non omnis, qui dicit sibi Dominus Dominus, intrabit in Regnum Colorum, sed qui facit voluntatem Patris mei.* (Matth. 7.) Supra quæ verba annotat Chrysostomus: (hic) *Qui dicunt tantum Dominus, Domine, scilicet per verba fidei, & non factus voluntatem Dei per opera, reprobi sunt.*

10. Ascendamus in illum montem, ubi celestis Magister Discipulos suos erudit, docuitque, quantum hominum æternæ beatitudinis spem libit tacere possint, ibi aperiens os suum ita locutus est: (Matth. 5.) *Beati pauperes spiritu, quoniam regnum est Regnum Colorum. Beati miseres, Beati qui lugent, & sitim iustitiam. Beati misericordes, &*

